

Gospel for the Eighth Sunday After Pentecost

Tonus evangélii

D

Ominus vobíscum. Rx. Et cum spí-ritu tu-o. V. Sequénti-a Sancti



Evangé-li-i secúndum Lucam. Glóri-a tibi Dómine.

I


-n illo témpore: Dixit Jesus discípu-lis su-is parábola hanc: Homo




quidam erat dives, qui habébat víllicum: et hic diffamátus est apud illum,




quasi dissipásset bona ipsí- us. Et vocávit illum, et a-it illi: Quid hoc áu-




di-o de te? redde ra-ti-ónem villica-ti-ónis tu-æ: Jam enim non póteris




villicá-re. A-it autem víllicus intra se: Quid fáci-am, qui-a dóminus me-




us aufert a me villica-ti-ónem? fódere non vá-le-o, mendicáre erubéscō.





Sci-o quid fáci-am, ut, cum amótus fú-ero a villica-ti-óne, recípi-ant me in



 domos su-as. Convocá-tis í-taque síngu-lis debitóribus dómini su-i, dicé-


 bat primo: Quantum debes dómino me-o? At ille dixit: Centum cados


 óle-i. Dixítque illi: Accipe cauti-ónem tu-am: et sede cito, scribe quin-



 quagínta. De-índe á-li-i dixit: Tu vero quantum debes? Qui a-it: Centum


 coros trí-ti-ci. A-it illi: Accipe lítteras tu-as, et scribe octogínta. Et lau-


 dávit dóminus víllicum iniqui-tá-tis, qui-a prudénter fecísset: qui-a fí-li-i


 hujus sáecu-li prudenti-óres fí-li-is lucis in genera-ti-óne su-a sunt. Et ego


 vobis dico: fáci-te vobis amícos de mammóna iniqui-tá-tis: ut, cum defe-


 céri-tis, recípi-ant vos in ætérrna tabernácula.